

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd Deus ad iudicium veniat ad feriendum videns,& ad saluandum non
videns. cv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D.BVRCHAR DI. EPIS. VVORMAC.

vocentur: tamen ex eo quod hanc seruitutem corruptio-
nis patiuntur, adhuc iugo seruitutis addicti sunt: accepturi
plena filiorum Dei libertatem, dum corruptibile hoc in-
duerit incorruptionem. Nunc Deus per speculum agno-
scitur: in futuro autem quisq; electus facie ad faciem pre-
sentabitur, ut ipsam speciem contempletur, quam nunc per
speculum videre conatur. In hac vita electorum numerum
ad dexteram pertinentium, & reproborum qui ad sinistram
ituri sunt, ecclesiam Dei compleri: in fine autem seculi zi-
zaniam à frumento disiungi.

*Quod districtus index ad iudicium veniens peccatorē
videat, vt feriat, non vt saluet. Cap. CIIII.*

Gregor. *I*n iudicium quidem dominus veniens peccatorem videt
in suis mo-
rali. dicit. *I*vt feriat, sed non videt vt ad largiendam salutis gratiam
recognoscat. Culpas examinat: & vitā pereuntiū ignorat.

*Quod Deus ad iudicium veniat ad ferendum videns,
& ad saluandum non videns. Cap. C V.*

Gregor. *D*istrictus iudex ad iudicium veniet, & ad saluandum
in suis mo-
rali. dicit. *D*non videns, ad ferendum videns: quia quem in prae-
senti vita dispensationis suæ miseratione non respicit, se-
spiciendo postmodum per iusticiam extinguit. Nunc enim
peccator quisque dum non metuit, & viuit, & blasphemat
& proficit: quia scilicet misericors creator quem expedita-
do vult corrigere, aspiciendo non vult punire: Sicut scri-
ptum est: Dissimulans peccata hominū propter penitentiā.
Sed tunc peccator cùm respicitur non subsistit: quia cùd
districtus iudex merita subtiliter inquirit, res ad tornētā nō
sufficit. Quanuis hoc etiam iustorum voci cogruit: quoru-
mens semper sollicita venturo examini intendit. Omne
enim quod agunt metuunt, dum cautè considerant, ante
quantum iudicem stabunt. Intuentur potentiam illius ma-
gnitudinis, & pensant quanto reatu constricti sunt proprie-
tatis. Enumerat mala proprii operis, & contra hæc
exaggerant bona gratiæ conditoris. Considerat praua qui
districtus iudicet, bona opera quām subtiliter penset: & pe-
nituros se absque ambiguitate praesciunt, si remota pietate
iudicentur. *Quia* hoc ipsum quoque quod iuste videatur
viuere, culpa est, si vitam nostram cum iudicat, hanc apud
se diuina misericordia non excusat.